



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorvm Detestationem,  
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1649**

§. 2. Zosimæ profectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-49161)

**Baron.** Huius tanta est authoritas, vt epistola illius  
**rem. 8.** ad Sergium Episcopum Constantinopolita-  
**Annal.** num in 6. Synodo Act. i i. citetur. Hic San-  
**Apud He-** Etis Sophronius, præter cetera, quæ posteris  
**ribert.** legenda & discenda reliquit, scripsit etiam  
**Rosvey-** dum l. l. vberioribus verbis sequentem historiam, ob  
**de vitis** temporis angustias, à me in compendium re-  
**Patrum à** digendam. Non tamen sine morum condi-  
**pag. 382.** mento, vt & iuuenes castitatem, & senes di-  
scant colere sobrietatem ; turpe enim est  
adolescentibus lasciuire ; foedum & absurdū  
senibus, adolescentiari ; & luxus vtriq; æta-  
ti vel vitandus, vel dediscendus. Historiam  
Prophetæ verbis ordior.

**II.** *Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab ado-*  
**ZOSIMAS** *lescentia sua, idcirco Zosimas sanctus ille (non*  
**PROFE-** *hæreticus, qui ab hoc alias fuit) ab ipsis ma-*  
**CTVS.** *ternis vlnis auulsus in quoddam Palæstine*  
**Thren. 3.** *monasterium fuit portatus, in quo cum illo*  
**27.** *virtus perfectioque religiosa à teneris vngui-*  
*culis ita creuit, vt non solùm cœnobij regulas*  
*omnes quām exactissimè seruaret, sed etiam*  
*multa alia per quām liberaliter adiiceret, vi-*  
*gilantiæ, abstinentiæ, coniunctionis cum Deo*  
*opera ; adeò, vt neque inter manuum labo-*  
*res, neque cùm cibum sumeret, à feruenti*  
*diuinarum rerum meditatione, sacrifq; can-*  
*tibus*

tibus desisteret; eaqne propter à plurimis Dei seruis, è locis longè dissitis, tanquam ad archetypum vitæ sanctæ venientibus visitarentur, qui ab eximio eius exemplo sibi ideam sumerent philosophandi. Ad hanc sanctitatem diuturnitas accessit; in ea enim seueritate vitæ, quinquaginta tres totos annos, perseuerauit. Nemo innocentiae suæ nimium confidat; nemo sibi placeat, si diu benè vixit; sed qui stat, videat, ne cadat. Quàm diu viuimus, militamus; & prorsus militia est vita hominis super terram, in militia autem nemo est securus. Ibi, ut vincere possumus, ita & vinciri; & vtique tanto prouius, quanto minius sumus exercitati athletæ. Quid enim nobis non potest accidere, si Zosimas, qui diuinis saepe visis atque reuelationibus armatus, à puero inter pietatis doctores educatus, post solidos quinquaginta tres annos, superatus est à superbiæ tentatione? Adeò semper vigilandum, neque vlla hosti Tartareo rimaperienda est. *Cancer*, ait S. Ambrosius, libenter vescitur carnibus ostreorum. Verùm quoniam illa bene munita sunt firmissimis utrinque testis, ut vi perfringi non possint, obseruat callide, dum se exponant ad solem. Ibi dum se aperiunt, & captant auram, cancer immittit hiantibus

1. Cor. 10.

12.

Iob. 14.

14.

Iob. 7. 1.

bus in os lapillum, ut testas reducere non possint; postea satis tuto intrudit chelam, & depascitur. Ita cum homines se dedunt otio, & animum apriunt voluptatibus, & vanitatibus, & inanibus laudum auris captandis, venit diabolus, immittit fœdas cogitationes; atque ita cum illi testam, qua antea muniebantur, non possint retrahere, deuorantur. Sic multis contingit; & prope etiam Zosimo euenisset, qui in ipso virtutum mari superbiæ naufragium est passus, haud obscurè demonstrans, verè dictum esse à S.

**S. Augu-** Atigustino: *Cetera vitia in male factis valent,*  
**stina.** *sola superbia etiam in recte factis est cauenda: ne*  
**de** *nat. & gratia in illa, quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis ch-*  
**nat.** *ep. ad Dioſcor.* *puditate amittantur. Quod vel Claudioſianus ad-*  
*Dioſcor.* *ueritit ita canens:*

**Claudi-**  
**an.** 2.  
**Stilic.**

*Quin ipsa superbia longè  
 Discessit, vitium rebus solenne secundus,  
 Virtutumq; ingrata quies.*

**III.** Cūm enim ita, vt dixi, in virtute profecif-  
**ZOSIMAE** set Zosimas, atque se videret, tanquam ideam  
**TENTA-** perfectionis, adiri, salutari, & considerari,  
**TIO ET** dæmone malo occasionem captante, & Euge-  
**CVRATIO.** suum suggerente, & ipsa quoque diuina pro-  
 uidentia utili consilio permittente, pericu-  
 losa mentem illius cœpit quatere cogitatio,  
 quasi iam omnibus numeris perfectus esset &  
 absolu-